

APPENDIX I.

LATIN TEXT OF ODORIC, FROM A MS. IN THE BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE.

DESCRIPTIO ORIENTALIUM PARTIUM FRATRIS ODORICI BOEMI DE FORO JULII PROVINCIÆ SANCTI ANTONII.

1. *De Trapesondâ et Armeniâ Majori.*¹

LICET alia multa et varia de ritibus et conditionibus hujus mundi a multis enarrentur, tamen est sciendum quod ego frater Odoricus de Foro Julio,² volens transfretare et ad partes infidelium volens ire ut fructus aliquos lucri facerem animarum,³ multa magna et mirabilia audiui⁴ atque vidi quæ possum veraciter enarrare.⁵ Nam primo⁶ transiens Mare Majus, me⁷ transtuli Trapesondam, quæ Pontus antiquitus vocabatur. Hæc terra valde est bene situata; ipsa enim est scala⁸

¹ These headings have been interpolated by the editor as before stated. (See Biogr. and Introd. Notices.)

² *Hak.* de portu Vahonis; *Mus.* de portu Nahomonis.

³ *Bol.* Et hoc de licentiâ prælatorum meorum qui hoc concedere possunt secundum regulæ nostræ instituta.

⁴ *Bol.* a fide dignis.

⁵ *Far. then has*: Præsens itaque opusculum in capitula dividens de multis gestis quæ vidi et audiui in oriente septentrione et meridie, intendo aliqua sub brevi compendio enarrare, nec intendo de singulis reddere rationem, multa nihilominus primitus mittens quæ apud multos incredibilia viderentur. Neque enim ego illa crederem nisi propriis auribus audivissem aut hæc talia respexissem. Quatuordecim annis cum dimidio in habitu almi confessoris Christi Francisci in hujusmodi partibus sum moratus. Ad petitionem reverendi fratris Guidoti tunc præsens provincialis ministri provinciæ sancti Antonii hoc breve opusculum in Paduâ compilavi. Siquid igitur studioso lectori in hoc opusculo visum fuerit divinæ bonitati et non meæ imperitiæ imputetur. Siquid autem nimis incredibile vel a veritate devium fuerit visum diligentis lectoris caritas, non mordax insultus aut latrans dente canino, corrigat et emendet.

⁶ *Far.* Primo itaque de Venetiis cum galeis recedens.

⁷ *Hak.* et *Mus.* de Pera juxta Constantinopolim.

⁸ *Bol.* schola(!)